

**Radix Solis, Veneris, & Mercurij incarnationis Christi.**

S.	G.	M.	S.
19	8	18	45

Anni	1500	0	11	1	13
	20	0	0	8	49
Ianuarij dies 16		0	15	46	13
Horæ	2	0	0	4	56
Mi. Horæ 43.		0	0	1	46
	10	5	2	1	42

HOS numeros colligo, quemlibet suo generi addendum, secundum rationem iam iam enumeratam, & prouenit æquabilis Solis, Veneris, ac Mercurij motus temporis propositi, ad meridianum ciuitatis Babenbergen sis. Signorum 10, graduum 5, minutorum 21, secundorum 42. In hunc modum omnes motus per tabulas suas colliguntur æquabiles, item centrorum & argumentorum.

Medium motum ex tabulis collectum, ad meridianum alterius ciuitatis reducere.

**A**CCIP E ex tabula regionum iuxta nomen ciuitatis tuæ, ad quam propositi astri æquabilem motum reducere uolueris, tempus differentiæ longitudinis ciuitatis in horis & minutis, ac illius temporis quære medium motum planetæ propositi, quem adde aut subtrahe à radice Christi super meridianum Babenberensem fundatæ, iuxta literarum denotationem A uel M.

Vel (quod idem est) adde motum respondentem temporis eiusdem differentiæ lōgitudinis ciuitatis, ad motum medium planetæ super Meridianū Babenberensem calculatū, aut subtrahe prout litera ad dextram annotata exposcet, & habebis mediū motū planetæ ad meridianū tuæ ciuitatis, eo tempore, quo quæsiuisti motus super Babenbergam.

Aut tempus hoc differentiæ longitudinis ciuitatis ex tabula regionis acceptum, iuxta literarum assignationem A uel M, adde uel subtrahe à tempore proposito, & cum reliquo collige mediū motum planetæ ex tabulis, & ueniet æquabilis planetæ motus, ad meridianum tuæ regionis. Exempli causa.

Radicem Christi mediū motus Solis, in inferiori parte tabulæ mediū motus Solis positam, ad meridianum Babenberensem, reducam ad meridianum Viennensem Austriae. In tabula igitur regionum ex regione Viennæ Austriae, occurrit tempus differentiæ longitudinis eiusdem à Babenbergia, horarum 0, minutorum 25, cum litera M ad finem a ij stram